

Monialium Asceterii s. Jacobi Terrae s. Ginnesii, Camerinen. Dioecesis, controversia inter eum exorta et Capitulum sive nonnullos Canonicos Ecclesiae Collegiatae dictae Terrae circa jus agendi exequias super cadaveribus Monialium ipsius Asceterii: Num scilicet competat Confessario Monialium, an vero praefato Capitulo?

Eadem S. C. derevit: „Celebrationem exequiarum spectare ad Confessarium pro tempore.“

N. 4496. Die 16. Martii 1805.

*Ad dubium:* An quando Cadaver alicujus defunctae Monialis delatum est ad Chorum et Officium Defunctorum ad aliam horam differtur, post Responsorium *Subvenite* addi possint *Kyrie eleison*, *Pater noster*, et Oratio *Absolve* cum aspersione?

Emi et Rmi P. s. tuendis Ritibus praepositi rescribendum censuerunt: „Posse.“

Atque ita rescripsere. N. 5148 ad 4. Die 7. Sept. 1850.

### S. MONICA.

Vd.: SS. *Philippi et Jacobi*.

Festum s. Philippi non esse celebrandum die 4. Maii, in qua recitandum est Officium s. Monicae, sed transferendum ad primam diem non impeditam. n. 3096 die 24. Novb. 1685.

### MONSTRANTIA.

#### 1) Quae?

Vd.: *Instructio Clem. §. V. n. 7 — 14; Origo Monstrantiae, Ibid. §. XXXVI. n. 9 etc. Ostensorium; Crux in summitate Monstrant.*

#### 2) Quomodo deferenda in process.?

Vd.: *Instructio Clem. §. XIX. n. 14.*

### MORTUARIUM.

Vd.: *Quarta funeral.*

### MOZZETTA.

#### 1) Abbatis.

Abbas et Praepositus Canonicorum *Regularium Lateran.* in loco ipso Episcopo praesente in processionibus aliisque actibus publicis possunt deferre Mozzettam. n. 549 die 9. Decb. 1617.

Abbatem s. Andreae *Congreg. Lateran.* posse ubique etiam praesente Episcopo deferre Mozzettam. n. 592 die 30. Mart. 1621.

#### 2) Archiepiscopi.

Archiepiscopus in alia quam sua Provincia non audeat incedere cum Rocchetto discooperto et Mozzetta. n. 834 die 18. Aug. 1629.

Cf.: *Mozzetta Metrop. De Mozz. Archiep. in visitat. publ. et privata*, vd.: *Praeses* (cap. I. II.).

#### 3) Canonicorum Paroch.

Cf.: *Rocchettum; Canonici* (administ. Sacrament.).

Canonici Cathedralis Catanien. non debent uti Mozzetta *nigra* tempore Adventus, quando in Bullis de dicto colore non fit exceptio. n. 3701 ad 4 die 23. Aug. et 13. Sept. 1704.

#### Viterbien.

Etsi in Literis Apost. in forma Brevis expeditis s. m. Benedicti Papae XIV. usque ab anno 1740 Capitulo seu Canonicorum Collegio Paroch. Eccl. Civitatis Vetrallae intra fines Dioec. Viterb. indultum fuerit, ut Canonici ipsi in eccl. Functionibus intra propriam Eccl., et dum collegialiter incedunt, licite ac libere gestare valeant Rocchettum cum suis manicis et Mozzettam violacei coloris, attamen decursu temporis in hujusmodi Insignium usu nonnulli irrepsere abusus, quos ut occurratur

aliqui ex memoratae Colleg. Paroch. Eccl. Canonici S. R. C. sequentia Dubia enodanda proposuere, nimirum:

1. An, ea stante in Bulla Benedicti XIV. verborum clausula: *Dum collegialiter incedunt*, Archipresbyter Vetrallensis aut quisquam ex Canonicis se junctus a Collegio et separatim agens tam intra Colleg. Eccl. quam extra Rocchetti et Mozzettae usu gaudeat?

2. An eo gaudere Archipresbyter unus putandus sit, ex eo quod primus est inter aequales, non obstante quod Bulla mentionem ejus rei singularis nullam faciat?

3. An Archipresbyter vel Canonicus in genere Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae aliaque administraturus, tam in Eccl. Colleg. quam extra induere sibi possit choralia Insignia praedicta, desuper imposita Stola? et, quatenus negative, an Superpelliceo et Stola tantum in Sacramentorum et Sacramentalium omnium perfunctione rite uti teneatur?

4. An forsitan uni Archipresbytero propter personam, quam gerit, Parochi, liceat Rocchetto, Mozzetta et Stola induto Sacramenta in Paroecia sua administrare?

5. An uti valeat ea Veste in benedictione domorum, quae fit in Sabato S.?

6. An in associatione funeris sive in sua sive in aliena Paroecia?

7. An in associatione funeris una cum toto Collegio Canonico?

8. An in publicis Supplicationibus, quum Archipresbyter conjunctim cum Capitulo incedit?

9. An habitus ullus sit, qui rite competat Archipresbytero, si adstat benedictioni Matrimonii, quod administrat alius Sacerdos ab eo deputatus, et in casu: an sit Rocchettum, Mozzetta et Stola?

10. An Archipresbyter vel Canonicus rite adhibeat choralia Insignia et desuper impositam Stola in Concione, et quatenus negative, an uti possit Rocchetto, Superpelliceo et Stola?

Et S. eadem C. ad Vaticanum sub-signata die in Ordinario Coetu coadunata, referente subscripto Secretario, omnibus maturo examine perpensis, juxta alias Decreta respondendum censuit:

Ad 1.: „Posse intra Collegiatam, extra illam non posse.“

Ad 2.: „Negative.“

Ad 2.: „Negative, et servandum Decretum alias editum.“

Ad 4.: „Negative, sed tantum in casu cum Rocchetto et Superpelliceo.“

Ad 5.: „Negative.“

Ad 6.: „Negative.“

Ad 7.: „Affirmative, si incedat sine Stola.“

Ad 8.: „Ut ad proximum.“

Ad 9.: „Semper in casu sine Stola et cum habitu Choralis in propria Eccl. tantum.“

Ad 10.: „Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam, si adsit consuetudo.“

Atque ita rescripsit servarique mandavit. n. 5048.

Die 23. Maii 1846.

#### 4) Canon. Collegiatae.

*Ad dubium:* an sit consulendum SSmo pro reportatione rescripti Pii VII. concedentis Canonicis Colleg. insign. s. Pauli ap. Vallettae facultates deferendi in s. functionibus clavam argenteam senatoriam et Mozzettas canonicas subsutas rubro serico colore cum asolis et globulis pariter rubri coloris? S. C. resp.: Affirmative et SSmo consulendum pro concessione Brevis, quo datur facultas utendi Insignibus, de quibus in dubio: necnon clava argentea tam intra quam extra



*tantum adsint, quae in usus sacros necessaria, sed etiam, quantum fieri potest, mundissima sint.*

Et jure merito contra eos invehitur, qui domos bene ornatas et cultas habent, ecclesias vero in squallore et sordibus relinquunt. *Sunt etiam, qui domos habent instructissimas et ornatisimas; in eorum templis ac sacellis squallent omnia; arae a frontalibus nudae vix laceris et sordidis pannis insternuntur; in caeteris omnibus confusio et squallor.* S. Hieronymus in ep. ad Demetriadem parum se curare haud obscure indicavit: pauperesne an divites sint Ecclesiae? *Alii aedificent ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles advehant earumque deaurent capita, pretiosum ornamentum non sentientia; ebore argentoque valvas et gemmis aurata distinguant altaria; non reprehendo, non abnuo; unusquisque in suo sensu abundet; meliusque est hoc facere quam repositis opibus incubare.*

At vero Ecclesiarum munditiam maximi facere aperte declaravit, cum Nepotianum summis laudibus extulit, quia diligens ac sollicitus fuit in nitore et munditia ecclesiarum atque altarium curanda. *Erat ergo, ait, sollicitus, si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pavimenta tersa, si janitor creber in porta, vela semper in hostiis, si sacrarium mundum, si vasa luculenta et in omnes caeremonias pia sollicitudo deposita; non minus non majus negligebat officium.*

Profecto sedulo ac diligenter cavendum est, ne illud non sine maxima ecclesiastici Ordinis infamia contingat, quod sibi evenisse narrat laudatus Card. Bellarminus: *Ego, ait, cum aliquando ex itinere apud Episcopum nobilem et praedivitem hospitarer, vidi aulam vasis argenteis splendidam et mensam omni genere praestantium ciborum refertam; mappas quoque et reliqua om-*

*nia nitide et odorem suavem spirantia. Sed cum die sequente summo mane ad Ecclesiam Palatio contiguam descendissem, ut Sacris operarer, inveni omnia contraria, id est vilia et sordida, ut vix auderem in tali loco et cum tali apparatu divina mysteria celebrare.* *Encyclica Bened. XIV. ad Episcopos. ditionis eccles.* Die 19. Febr. 1749 (Bull. r. t. XVIII. p. 9.).

Erit autem valde opportunum, ubi fieri possit, praesertim in ecclesiis majoribus et opulentioribus, si constituatur minister aliquis, cui curae sit, ut Ecclesia continuo in anni ejus parte munda sit et expedita, tam in pavimento quam in parietibus, columnis, fornicibus et laquearibus, nec per eam discurrere permittat mendicos, canes aut alia animalia divina Officia perturbantia.

*Caer. Ep. l. II. c. XII. n. 25. Cf. Sacrista.*

## MUSICA.

### 1) Alteratio, Harmonia et Textus.

Vd.: *Psallendi modus* (decr. Bened. XIV. de die 19. Febr. 1749); *Organum.*

Ad relationem, quod in multis Ecclesiis ad inserviendum lepori Musices alteratur notabiliter textus s. Scripturae mutilando, ante et postponendo et alterando verba et sensum illarum et aptando eas modulationi, ita ut non musica s. Scripturae, sed haec illi inservire videatur, S. C. resp.: Indigere reformatione et quousque ratio congrua ineatur, injungendum Emo Vicario ut praedicta prohibeat, prout magis expedire cognoverit. n. 1432 ad 1 die 21. Febr. 1643.

### Alexander PP. VII.

Piae sollicitudinis studio ducimur, ut Ecclesiarum divinis laudibus et orationi destinatarum ac Oratoriorum Urbis, ex qua in omnes Orbis partes

bonorum operum exempla promanant, decori et reverentiae consulere satagentes, quaecumque vana et praesertim musicos concentus et symphonias, quibus quid indecorum sive a ritu ecclesiastico alienum, non sine divinae Majestatis offensa et Christifidelium scandalo, ac devotionis et cordium ad superna elevationis impedimento admiscetur, ab illis procul arceamus.

Itaque omnibus et singulis archipresbyteris eorumque Vicariis, ac Capitulis et Canonicis choroque praefectis quarumvis ecclesiarum et Basilicarum etiam Patriarchal, nec non Praelatis, Superioribus, Rectoribus, Administratoribus, Custodibus, Quardianis aliisque Officialibus, quocumque nomine nuncupentur, quorumvis monasteriorum utriusque sexus, Domorum, Conventuum et Collegiorum tam saecularium quam regularium, ac Congreg., Confratern., Hospitalium . . . tenore praesentium sub poena excommunicationis latae sententiae nec non privationis fructuum unius mensis ac suspensionis ab officio resp. prohibemus, ne in eorum ecclesiis et Oratoriis quidquam cantari permittant praeter ea verba, quae *Breviario vel Missali rom. in officii de proprio vel de communi pro currenti cujusque diei festo vel Sancti solemnitate praescribuntur, vel quae saltem a s. scriptura aut ss. Patribus desumpta sint, quae tamen prius a S. R. C. specialiter approbentur, exclusis modulibus iis, qui choreas et profanam potius quam eccles. melodiam imitantur.*

Romae apud s. Mariam Major. die 23. Apr. 1657.

### Innocentius PP. XII.

La Santità di Nostro Signore havendo inteso, che nelle Chiese in occasione di Musiche si era di nuova posto in abuso l'ordine pubblicato già dalla san-

mem. di Alesandro VII. con sua Bolla in data delli 13. Aprile 1657 e rinnovato poscia dalla san. mem. d'Innocenzo XI. di 3. Settembre 1678 ha comandato à Monsignor, Vicegerente, che havuti à se tutti li Maestri di Capella ingiungesse loro, come hà fatto, la puntuale osservanza de sopradetti ordini; Ma perche alcuni interpretano diversamente li medesimi circa le Compositioni da contrarsi nelle Messe, e Vesperi, per toglierli ogni pretesto di scusa, con la presente si dichiara, che Sua Santità non vuole assolutamente che in veruna Chiesa, ò Basilica, etiamdio delle Patriarchali, di Collegiate, Parochiali, ò in altra di qualsivoglia Collegio, Convento, ò Congregatione tanto di Secolari, come de' Regolari, Confraternità, anche Nationali, Hospedali, Archihospedali, e Luoghi Pii, etiam di Laici di quest' Alma Città, si canti Motteto, à Compositione alcuna, ma solamente nelle Messe l'Introito, Graduale, ò Offertorio corrente, e ne' Vesperi l'Antifone, che occorrono avanti, e doppo il Salmo, che si cantu, senza una minima alteratione in modo, che li Musici si uniformino totalmente al Choro, poiche si come in questo non è permesso di aggiungere cos' alcuna all' Officio, e Messa, cosi parimente sia interdetto, e proibito alli Musici; Permetti bensì la Santità Sua, che nell' elevatione nella S. Messa, e nell' esposizione del Venerabile si possa, per eccitare la devotione de' fedeli, cantare qualche Mottetto cavato dagl' Inni di S. Tommaso, ò Antifone registrate nel Breviario, e Messale Romano per l'Officio, e Messa, che si celebra nella Solennità del Sanctis. Sacramento, senza però che si mutino le parole. Avvertendo, che doppo questa dichiarazione contro li Maestri de Capella, che comporranno, e Musici, che cantaranno si procederà irremissibilmente alle pene



Ecclesiam, exclusis tamen functionibus, quibus intervenerit Capit. Cath. aut s. Joannis Vallettae. Et SSmus hoc responsum approbavit. n. 4637 I. die 16. Sept. 1828.

### 5) Dignitar. Cath.

Cf.: *Protonot.*

Prima Dignitas Cath. Spolet. uti non potest Mozzetta et Rocchetto cum habitu Protonotarii. n. 2967 ad 10 die 20. Sept. 1681.

### 6) Episcopi.

*Ad quaesitum*: Num Episcopi coram Cardinalibus deponere debeant Mozzettam? S. C. resp.: Circa Cardinales *Legatos* adest Caeremoniale; circa Cardinales *non Legatos* est facultas in Episcopis; tamen se habet consuetudo in Italia, ut Episcopi praesentibus Cardinalibus deponant Mozzettam. n. 601 die 20. Julii 1621.

Episcopi etiam Cardinali Legato vel non Legato in eorum civitate episcopali seu in dioecesi commorante ab usu Mozzettae non tenentur abstinere.

Caer. Ep. I. I. c. IV. n. 4.

Metropolitano potest prohibere Episcopum, ipso praesente, ab usu Mozzettae. n. 2210 ad 2 die 17. Mart. 1663.

Cf.: *Mantelletum*; *Episcopus* (assistens Divinis etc.); *Vestes Episcopi*. *De Mozzetta Episc. in visitat. publ. et priv.*, vd.: *Praeses* (c. I. II.).

Quamprimum aliquis certior factus fuerit, se alicui Ecclesiae Cathedrali vel majori a Summo Pontifice in Consistorio praefectum, sive ille in Curia Romana degat sive ab ea absens sit, statim curabit sibi amplam coronam in capite decenter formari. Tunc et non prius super vestem inferiorem talarem, cum extra domum exhibit, induet aliam vestem brevioris apertam, ita ut per scissuras brachia extrahi

possint, quod genus vestis Mantelletum vocant. Vestes autem hujusmodi erunt vel ex lana vel ex camelotto coloris violacei, nullo autem modo sericae. Praesentes in curia, induti ut supra, quam primum poterunt, adibunt Summum Pontificem et ei gratias agent de sua promotione, merita propria extenuando, et dignitatis gradum amplificando, seipsos et Ecclesias ipsis commissas humiliter commendando, et tunc e Sanctitatis Suae manibus Rocchetum accipient, et post oscula pedum gratias agent. Visitabunt deinde singulos Eminentissimos S. R. Cardinales in eorum domibus eisque officiose gratias agent, se et suas Ecclesias illis commendando et offerendo. Absentes vero se ipsos Rocchetto et vestibus, ut supra, induent, et gratiarum actiones et Ecclesiarum suarum commendationis officium per literas, tum apud Summum Pontificem, quam Eminentissimos Dominos Cardinales peragere studebunt, et si erunt in propria sua Dioecesi vel Provincia, cum de eorum promotione certum nuntium habuerint, utantur domi et foris loco Mantelleti Mozzetta ejusdem coloris supra Rocchetum, et tam praesentes in Curia quam absentes utantur, cum opus erit, galero nigro laneo, viridi serico ornato, cum cordulis ac floccis coloris viridis. Haec, quae de vestibus diximus, Clericis seu Presbyteris saecularibus seu regularibus electis tantum conveniunt. Promoti vero ex *regulari Ordine non clericali* non utantur Rocchetto, sed retinent in vestibus colorem habitus suae Religionis et deferunt ubique Mozzettam ejusdem coloris et biretum nigrum (galero tamen viridi ornato, prout supradicti Clerici utuntur); sed Canonici regulares utuntur etiam Rocchetto, prout ante promotionem ad Episcopatum utebantur in sua Congregatione et colore violaceo; sed non

Mozzetta, ut et Presbyteri S. Spiritus et Militiarum S. Joannis, S. Jacobi et aliarum; qui tamen sui Ordinis insignia in vestibus non deferunt, sed ejusdem Ordinis Crucem ad collum intus pendentem. Cum autem Episcopi, nulli regulari Ordini adscripti seu ex ordinibus militaribus assumpti, extra Dioecesim fuerint, mozzetta super mantelletum utantur, ubi talis viget consuetudo.

Caer. Ep. I. I. c. I.

### 7) Metropolitan.

Metropolitano pro temporalibus negotiis accedenti ad Dioecesim Episcopi (Suffr.) licet gestare mozzettam. n. 2210 ad 1 die 17. Mart. 1663; n. 2611 die 3. Decb. 1672.

Cf.: *Mozzetta Archiepiscopi*.

### 8) Parochorum.

Vd.: *Stola paroch.* (decr. n. 4912.)

### 9) Suffraganei.

Suffraganeo praesente Metropolitano Mozzettam deferre non licet. n. 610 die 31. Jan. 1626.

Licere Revdmo Episcopo Dyonisien. Suffraganeo in Cathedrali et in aliis Ecclesiis Civitatis et Dioecesis, quando functiones Episcopales est obiturus, deferre rocchetum cum Mozzetta, *permittente Ordinario loci*, etiam contradicente Capitulo. n. 1556 die 14. Junii 1646. Vd.: *Mozz. Episcopi*.

## MULIER.

### 1) Ingressus in Monasterium.

Vd.: *Processio intra Claustra*; *Processio Regularium*; *Moniales* (Claus. etc. decr. Pii VI. die 25. Junii 1797.).

Non licere mulieribus in processionibus privatis Regularium et similibus per *claustra* Monasteriorum Regularium

procedere, nisi de expressa licentia Sedis apostol. n. 816 die 11. Junii 1629; n. 1033 die 24. Novb. 1635.

Mulieres non possunt occasione quarumvis processionum ingredi septa Monasteriorum Regularium et sub eadem poena comprehenduntur ipsi Regulares permittentes foeminas ingredi septa Monasteriorum. n. 912 die (5.) 6. Julii 1631; n. 920 die 5. Julii 1631.

Licere Fratribus Regularibus facere processiones proprias, non solum per ambitum Ecclesiarum sed etiam per claustra Monasteriorum, dummodo mulieres non ingrediantur claustra occasione Processionum. n. 1215 die 31. Mart. 1640; n. 2430 die 10. Decb. 1667.

*Ad dubium*: an occasione Processionum Dominicanorum Lypuntinae liceat introducere mulieres processionem comitantes intra claustra? S. C. resp.: Serventur decreta favore fratrum. n. 3130 ad 2 die 22. Febr. 1687.

Vd.: *Constitutio PP. Pii V. die 24. Oct. 1566* in Bull. mag. rom. tom. II. p. 212 (ed. Luxemb.); *Constitut. PP. Gregorii XIII. die 13. Jun. 1575* in eod. Bull. tom. II. p. 422; *Bull. Pauli PP. V. 1. Sept. 1808* (*Ibid.* t. III. p. 273) et die 10. Julii 1612 (*Ibid.* p. 345 et t. X. p. 180); *Constitutio Urbani VIII. die 27. Oct. 1624* (*Ibid.* t. IV. p. 77; t. X. p. 188).

### Pius PP. VI.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister provinciae Catalauniae ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum nec non Minister et Discretus tertii ordinis hujusmodi istius civitatis Barchinonensis, quod ab immemorabili in more positum erat, ut dum magno Christianifidelium concursu in ecclesia ac conventu Barchinonensi fratrum ordinis praedicti ab iisdem fratribus et ab



utriusque sexus christifidelibus dicti tertii ordinis devotum Viae Crucis exercitium perageretur, non solum viri sed etiam mulieres sejunctim tamen ab hominibus ac binae ad infimum ejusdem conventus claustrum, devote ac pie procederent et quamvis emanata anno millesimo septingentesimo quadagesimo secundo a felicitis recordationis Benedicto PP. XIV. praedecessore Nostro constitutione, quae incipit = *Regularis disciplinae etc.* = ab ea statim consuetudine recessum fuerit, paulo post tamen ex apostolico, ut creditur, indulto eadem consuetudo revocata fuit, usque dum anno millesimo septingentesimo nonagesimo primo, quod in tabulario nullum de indulto hujusmodi apostolico extabat documentum, a tunc exercente episcopo Barchinonensi pium exercitium hujusmodi interdictum fuit. Cum autem, sicut eadem exposito subjungebat, infimum claustrum praedictum ad hunc unum usum destinatum sit, ut christifidelium cadavera tumulentur atque ad ejusdem conventus ornatum nullumque more hujusmodi incommodum in eandem clausuram redundetur, Nobis propterea memorati exponentes supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes supplicationibus hujusmodi inclinati fraternitati tuae per praesentes committimus ac mandamus, ut veris existentibus narratis et quatenus in posterum in infimo claustro hujusmodi nulla fiet innovatio, quae rerum statum immutet, consuetudinem praedictam, ut nempe mulieres in statis jam ac ab usu praescriptis diebus tantum ad claustrum praedictum pie ac devote exercitium praedictum comitando procedere possint, pro tuo arbitrio ac prudentia ac cum iis conditionibus,

quae ad scandala avertenda a priori arbitraberis, auctoritate Nostra apostolica permittas.

Datum Romae die 25. Junii 1797.  
(Bull. r. Continuatio t. X. p. 99.)

*Pius PP. VII.*

V. Fr. Ep. Almeriensi.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae abbatissa seu priorissa monasterii monialium ordinis s. Clarae istius Almeriensis civitatis, quod ipsae ut asserunt, regulari habitu utuntur albo, qui ex crebrioribus lotionibus, nisi hae diligenter fiant, statim conteritur ideoque ad corrigendam externarum purgatricum oscitantiam atque impensas pro habituum hujusmodi suorum renovatione imminuendas, per duas probas mulieres saeculares intra ipsius monasterii claustra id operis perfici dictosque habitus ibidem, aliquibus ex ipsis monialibus inspicientibus, lavari posse plurimum desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos ipsas exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, atque mandamus, quatenus constituto tibi de narratis, eisdem abbatissae et monialibus, ut ipsae duas honestas mulieres saeculares tantum per ejusdem monasterii superiorissam pro tempore in perpetuum existentem prius approbandas una vel (si necessitas id postulaverit) duabus etiam vicibus pro quolibet mense ad praemissorum effectum dumtaxat intra monasterium admittere ac mulieribus hujusmodi, ut ipsius monasterii clausuram ingredi ibique etiam per diem integram, quando necesse fuerit, degere victumque (non

tamen cum monialibus) sumere ac dummodo earumdem monialium cellas ac alia monasterii loca, praeter ea, quae opus fuerint, non visitent neque ibi pernoctent sub poena excommunicationis latae sententiae eo ipso absque alia declaratione incurrenda, libere ac licite possint et valeant, licentiam auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio et conscientia concedas et indulgeas.

Datum Romae die 2. Aug. 1803.  
(Bull. r. Continuat. t. XII. p. 46.)

*Pius PP. VII.*

V. Fr. Episcopo Malacitano.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae abbatissa seu priorissa Margarita Romeo et moniales monasterii sanctissimae Conceptionis istius Malacitanae civitatis, quod ex veteri consuetudine nonnullae mulieres saeculares tam earum communitati quam privatim singulis monialibus praedictis intra monasterii claustra inservientes ibi retineri solent, quas mulieres semel admissas nunquam eas ex monasterio dimittere aut mulare consueverunt. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, incertum adhuc sit, an haec consuetudo admittendi et retinendi saeculares puellas inservientes alicui indulto apostolico innitatur, cumque etiam justis de causis interdum oporteat aliquam inservientium hujusmodi e monasterio dimittere earumque numerum pro variis monasterii et monialium necessitatibus imminuere vel augere, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati fraternitati tuae per praesentes commit-

timus et mandamus, quatenus constituto tibi de narratis, eisdem exponentibus ac pro tempore in perpetuum existentibus monialibus dicti monasterii tot ancillas saeculares in monasterium hujusmodi introducendi, quot pro ipsius monasterii et monialium particularium servitiis dumtaxat fuerint necessariae, auctoritate Nostra apostolica arbitrio tuo facultatem concedas,

His tamen legibus, primo scilicet, ut superiorissa et moniales ejusdem monasterii pro singularum ancillarum hujusmodi admissione suffragium suum secretum capitulariter congregatae ferant: secundo, ut ancillae assumendae sunt virgines honestaeque conditionis et famae: tertio, ancillae hujusmodi habitu cultuque utantur modesto absque jocalibus auro sive serico, locutorii et clausurae leges observent ac famulatum respective debitum praestent: tandem, ut si semel aliqua ex dictis ancillis e monasterio egrediat aut dimittatur ex admissa tamen culpa, in illud amplius sine hujus sanctae Sedis licentia redire nequeat; praeterea ipsis abbatissae et monialibus ancillas hujusmodi, gravi tamen accedente causa, dimittendi et mutandi aliasque novas, modo supra expresso, admittendi earumque numerum pro diversis monasterii et monialium particularium necessitatibus imminuendi vel augendi facultatem auctoritate et arbitrio praedictis concedas et indulgeas.

Datum Romae die 11. Aug. 1803.  
(Bull. r. Continuat. t. XII. p. 48.)

*Pius PP. VII.*

V. Fr. Archiep. Valentino.

Nuper Nobis exponi fecit dilectus filius Antonius Martinez Custos conventus sancti Francisci Muri Veteris, olim Sagunti, Nos ejus, ut asserit, antecessori, dum custodis munere fungeretur, indulsisse ad triennium, ut om-



nes utriusque sexus Christifideles, qui metu solis nimium in conventus platea Augusti mense aestuantis a portuiculae indulgentia lucranda non parum avertentur, ingredi egredique possent in festo sanctae Mariae Angelorum ecclesiam ejusdem conventus per januam, quae ad inferiora claustra ducit, tum etiam ut ne causa imbrum, qui frequentes ibi esse solent, quaedam processiones eam per plateam fieri consuetae impedirentur, peragi illae valerent per eadem claustra, si tempore processionum imbres de coelo ruere contigisset. Quum autem compertum experientia sit, devotionem pietatemque fidelium non mediocre ex hujusmodi indulto Nostro incrementum accepisse, ideo, quo, latiores in ea Domini vinea agat radices, sumopere cupit exponens, idem indultum, priusquam triennii tempus expiret, non modo per Nos confirmari sed etiam perpetuum reddi perpetuoque pariter ampliari ad alias tres processiones, quae incedentibus una clero, communitatibus et populo oppidi ibidem fiunt diebus trigesima Julii, decima Augusti et feria sexta majoris hebdomadae singulis annis, nimirum, ut ad aestivas molestias hybernasque inclementias penitus evitandas, quum calor, pluviarum ventorumque vis ingruit, liceat tunc his in processio- nibus aliisque superius recensitis inferius coenobii claustrum permeare vel mulieribus processionem sequen- tibus ac cum periculo valetudinis in platea se sistere ibique processionis reditum debeant expectare, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apo- stolica dignaremur.

Nos igitur ipsum exponentem spe- cialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fra-

ternitati tuae, uti ordinis generali mini- stro, per praesentes committimus et mandamus, ut constituto tibi de narratis, ac proviso per datam tibi a Deo sa- pientiam, ne ulla unquam eventura sint scandala, super quo etiam custodum pro tempore conscientiam onerabis, exponentis precibus pro tui conscien- tia et arbitrio indulgeas juxta petita; Nos enim tibi omnes, quae tibi ad id opus sunt, facultates auctoritate apo- stolica tribuimus ac impertimur.

Datum Romae die 27. Mart. 1804.  
(Bull. r. Contin. t. XII. p. 141.)

## 2) Ministrans in Missa.

*Ad dubium*: Potestne Sacerdos, om- nibus sibi prius commode dispositis, quae ad Sacrificium occurrere possunt, ne mulieres serviant Altari, uti mini- sterio mulieris tantum pro responsis?

Et S. eadem C. . . rescribendum cen- suit:

„Affirmative, urgente necessitate.“  
Atque ita rescripsit ac servari man- davit.

N. 4782 ad 10 die 27. Aug. 1836.

Mulieres servire ad altare non au- deant sed ab illius ministerio repel- lantur omnino.

*Constit. Bened. XIV. ad Italo-Graecos* 26. Maii 1742 (Bull. r. t. XVI. p. 98 XXI.); *Ritus graec.* (Constit. Bened. XIV. §. 28.)

*S. Gelasius I. Episcopis Lucanicae et Siciliae etc.*

Impatenter audivimus, tantum di- vinarum rerum subiisse despectum, ut foeminae sacris altaribus ministrare ferantur et cuncta, quae non nisi viro- rum famulatu deputata sunt, sexum, cui non competit, exhibere.

Die 11. Mart. 494.

(Bull. r. t. I. p. 106 n. 28. Ed. Aug. Taur. 1857.)

## 3) Pax, Thurificatio.

Thuris et pacis honorem inter Mis- sarum et Vesperarum solemniam mulie- ribus non deberi, etiamsi quaevis ad- esset contraria consuetudo, quam ab- usum esse. n. 543 die 3. Junii 1617; n. 3636 die 9. Decb. 1702.

Nulla modo licere Uxori thurifica- tionem et pacem dare. n. 988 die 13. Aug. 1633; n. 1443 die 18. Apr. 1643.

*Ad dubium* Capituli Cathedr. s. Aga- thae Gothorum, quo loco incensanda Ducissa? S. C. resp.: *Nihil* et ser- vandum Caerem. n. 2908 die 16. Decb. 1679.

Si adesset aliqua Mulier insignis, ut Regina vel magna Principissa, uti- que et ipsi thus dari convenit in loco, ubi daretur ejus viro, si adesset. *Caer. Ep. I. I. c. XXXIII. n. 31.*

## 4) Presbyteri graeci.

Vd.: *Ordinatio Graecor.* (n. XXVI-XXVIII.)

## 5) A quo accipit candelas, palmas etc.?

Vd.: *Purificatio B. V. M.* (Modus accip. etc. — Laici; *Ordo accip.* etc. — Clerus.)

## 6) Sedes in Ecclesia.

Provincialis non potest in Ecclesiis sui Ordinis concedere sedes camerales mulieribus non illustribus neque titu- latis. n. 1062 ad 3 die 10. Junii 1638.

## 7) Separatio a Viris.

Viri a mulieribus, cum commode fieri poterit, distinguendi et separandi sunt in Ecclesia. *Caer. Ep. I. I. c. V. n. 7.*

## MUNDA COR etc.

In Ordinat. ad Diaconat.:

Vd.: *Evangel.* (oscul. Episcopi in Ordinat.)

Diaconus Evangelii (in missa pontif. de Req.) in supremo gradu genuflexus

dicit: *Munda cor etc.* *Caer. Ep. I. II. c. XI. n. 6.* Diaconus (in missa pontif. sol.) dicit in inferiori gradu genuflexus: *Munda cor etc.* *Ibid. c. VIII. n. 42.*

## MUNDITIA ECCLESIAE ET VAS. ECCLES.

*Benedictus PP. XIV.*

Ad Episcopos Ditionis Ecclesiasticae.

In primis Tibi, V. Fr., eoque com- mendamus, ut Ecclesiae optimo in statu sint, nitidae, mundaе sacraque Supel- lectili instructae; facile enim quisque intelligit, si intueatur ecclesias ruino- sas, illuvie et squallore deformes, s. vestibus indigentes vel habentes laceras sordidas et ejus conditionis ac status, ut dignae sint, quae interdican- tur. Hic autem adverti volumus, Nos verba facere non de sumptuositate et s. templorum magnificentia nec de divite et pretiosa supellectili; non enim Nos latet, haec non omnibus in locis haberi posse, sed decentiam et munditiam consideramus, quas nemini detrectare licet, quia etiam cum paupertate bene convenire et com- poni possunt. Inter caetera mala, qui- bus Ecclesia Dei affligitur, etiam de hoc dolebat V. Card. Bellarminus: *Omitto, inquit, quod alicubi vasae s. et vestes, quibus mysteria celebrantur, vilia et sordida inveniantur, indigna prorsus, quae ad tremenda mysteria adhibean- tur. At forte, qui haec adhibent, pau- peres sunt. Id quidem fieri potest; sed si pretiosa non possunt, saltem munda et nitida procurarent.* Quam- obrem Bened. XIII. proponere solebat in exemplum PP. Capuccinor. Ecclesias, in quibus est summa paupertas aequalis- que mundities omnium oculis spectanda se offert. Drexelius t. 17 suorum operum in tractatu, qui inscribitur „*Gazophy- lacium Christi*“ p. 2 c. 2 p. 153 ita scribit: *Primum ac potissimum, quod templis debetur, est mundities. Non*